Pontano. 1° Julij 1638.
Noordgeest.

Turpissimi et infandi silentij reus, ad bonas litteras, quibus ~~etiam~~ cum singulis mensibus, non audeo meminisse quando, me compellasti, Vir doctiss[ime], cum nec frontis mihi, nec facundiae satis esset, ad nimiam quâ se tam grandi intervallo alloquar sustinebam, rogavi Ornatissimum Collegam tuum, J. Diaccotium, cum Hagae nuper me adiret, ut verbis quam posset ornatissimis aptissimisque infamis negligentiae culpam dilueret conaretur: quo nunc officio fungi meminerit, nondum scio. ~~et~~ Fretus tamen humanitate tuâ ~~[illegible]~~ tandem te convenire audeo, unum illud postulans, ut ~~ut~~ secure calculum ne ponas cum homine occupato, à quo, ut apud Senecam legisse puto, (Libri enim hic ad manum non sunt) inter ~~apud~~ omnes constat nullam rem bene exerceri posse: quando districtus animus nihil altius recipit, sed omnia velut inculcata respuit. Patere igitur, ut liceat scio, scio tas tibi gratias agam; qui impertire mihi etiam secundis dignatus ~~[illegible]~~ praeclari eruditionis et ingenij tui foetus, ~~[illegible]~~ nec certior quidem à me factus an ~~primos~~ priores acceperim. Quid illud causâ neglectum vel dilatum fuerit non ~~[illegible]~~ audeo dicere. Longa esset fabula, et ambages silentio molestiores. Summa est, nisi me fallo non esse; qui, ut scio alibi scripsisse philosophum quem ~~supra~~ jam allegavi, in alienorum bonorum (Reip. nimirum) procuratione consenesco. neque alio modo pariam facere valeo

cum de amicis, qui me pro Humanitate suâ frequenti sermone commendari excitat. Si alibi inter illos viri quibuscum et loquendi et tacendi secura libertate uti et abuti audeo, jam te inter intimos numerabo, atque idem de me statuas obnixe postulabo. Vale vir ~~doctiss.~~ amplissime et nunc quoque inter tot non felicium occupationum, sic loquentem quasi taceam, ~~[illegible]~~ excusatum habe. In castris ad R. Mosam ... Kal. Quint. CIↃIↃCXXXIIX. Salutem, si commodum est, D. Diaccotio multam à me dici cupio; ~~[illegible]~~ facundi et vivacis ingenij viro. quod cum, sponsis verborum inanijs, solis rebus, applicet, cuius nuper in flore insigne ~~[illegible]~~ specimen dedit, fieri non potuit, quin quotidie magnus sit et Reip. ~~[illegible]~~ profuturus.